

Ann. V.

Num. III.

# VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

BIS IN MENSE PRODIT

Pretium annuae subnotationis, *ante solvendum*, est: in Italia Libellarum 10;  
ubique extra Italiam Lib. 15; M. 12; Sch. 12; Doll. 3; Rubl. 6; Flor. 7½.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in extremis commentarii paginis  
Lib. 0.50 pro unoquaque centimetro quadrato.

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem  
ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA

Subnotatio fieri potest:

IN RUSSIA  
Apud GEBETHNER ET WOLF

IN ANGLIA  
Apud BURNS AND OATES

VARSAVIAE POLONORUM  
rakowskie Przedmiescie, 15

IN CIVITATIBUS FOEDERATIS  
AMERICAE SEPTENTR.

Apud FRIDERICUM PUSTET

S. Sedis. Apost. et S. Rituum Congr. Typogr.

NEW YORK 52, Barclay Street.

CINCINNATI 436, Main Street.

IN GERMANIA

Apud FRIDERICUM PUSTET

S. Sedis. Apost. et S. Rituum Congr.

Typogr.

RATISBONAE in BAVARIA

IN CANADA

Apud LIBRAIRIE GRANGER FRÈRES

MONTREAL

1699, Rue Notre-Dame.

RERUM INDEX

LAUDABILE DE OECONOMICA RE EX AMERICIS EXEMPLUM . . . . .	I. W.
DE SABBATO APUD « GENTILES » SERVATO . . . . .	S. Figielksi.
QUOMODO ROMANI ADOLESCENTULI SCRIPTIS OLIM EXERCERENTUR . . . . .	Senior.
SUBAQUEI LINTRES . . . . .	H.D.V. Pieralice.
HORAE SUBSECIVAE. — Quadragesimali tempore adventante, ad rem publicam gallinaceam de Bacchanalium exitu consolatio. . . . .	E. De Azevedo.
MONUMENTA URBIS ROMAE. — De mole Hadriani, sive Castro S. Angeli . . . . .	G. P.
De MICHAELLE VÖRÖSMARTY POETA HUNGARICO. . . . .	V. Lakatos.
FABULAE SELECTAE FONTANII A IOANNE BAPT. GIRAUD LATINE REDDITAE.	Fr. Xav. Reuss.
VITA FUNCTI VIRI CLARIORES . . . . .	I. F.
ANIMALIA MIRABILITER DEMIGRANTIA . . . . .	P. Alexis.
SOCIORUM ANIMADVERSIONES . . . . .	A. Crivelli.
ANNALES . . . . .	Poplicola.
PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS . . . . .	Scriba.
LIBRORUM RECENSIO . . . . .	H. P.
AENIGMATA . . . . .	A. Bartoli.

In tertia operculi pagina:

PER ORBEM . . . . . Viator.  
LIBRI RECENS DONO ACCEPTI.

ROMAE

EX OFFICINA PACIS, PH. CUGGIANI

35. Via della Pace

MCMII

# COMMENTARI "VOX URBIS,,

## SOCIIS ET LECTORIBUS

IN ANNUM MCMII

In Italia:  
Lib. 15, M.

LAUDABILE

EX AM

**Q**UADRIENNIO iam assueti, diebus hisce redeuntibus quotannis et facta respximus, et facienda promisimus; illa ut ostenderemus nos religiose fidem servasse, haec ut iucundiora sociis nostris pollicieremur. Nullum quippe mortale opus est, quod ipso in exordio undequaque perfectum sit atque expositum, ipsaque signa Mironis, affabre quamvis conflata, polientis minima limae labore et mora indigebant.

Itaque commentario nostro unusquisque annus plura attulit emolumenta, sive amplificanda indicaret, sive minuenda ostenderet, sive nova inducenda suaderet, sive penitus exterminanda monstraret. Qua quidem in re magni fuit nobis opera sociorum, qui vel missis epistolis, vel communicatis ore consiliis, vel datis elueubrationibus undique gentium nonnulla emendarunt, plura auxerunt, plurima perfeeerunt. Nos autem dociles gratique tantis viris laeti accipiebamus quae mittebantur, et morem gerebamus eruditis, quorum nominibus quasi totidem stellis commentarius noster coruseat, et, audientes dicto in meliora conantur, in meliora pariter nitbamur. Ita coniunctis viribus, factum est ut ex nostratis atque exteris nemo nobis crimen impegerit, quasi promissa dedissemus, quae non ad unguem praestitissemus.

Nunc itaque quae erunt futura perspicimus laeto animo tempora, praecepitum quasi indicantes callem, per quem proximo anno gradiemur. Meta quidem una est, incrementum latinitatis; quam tamen in metam, non una sternitur via. Nos neque superbe tenuisse magnis itineribus propositum finem, neque semitas creasse confitemur, contenti exiguo calle, quem ab ipso commentarii exordio inivimus. Cui quidem nec spinae, nec sentes defuerunt; sed propositi tenax animus, sed conscientia boni, sed gratia vestra, o socii, sed labor assiduus omnia viceunt, ita ut quasi e collis apice superata spatia respicientes, non quidem ab ipso condito commentario, sed ab iis, quae superioris anni initium signarunt, laetari liceat et fructus uberes, et iucundissimos visu flores percipisse una cum laude sapientum.

Eminvero elabente iam anno auctus est commentarius figuris, elueurbationibus, nitidioribus literarum notis; auctus non medioriter scriptorum numerus, quos inter magno eum gaudio accensuimus viros litterarum fama clarissimos. Accessit scriptorum centuria, quibus calidus iuventa sanguis fervet, et spes arridet, et est praesaga boni voluntas. Iamque hisce

sunt fortia bello  
Pectora, sunt animi, promptaeque ad fortia vires;

ac tempus erit, quo non inter triarios modo, sed et inter primipilos, ducesque versentur. Igitur spes magna arridet fore ut, hisce adeuntibus, et alias atque alias allieentibus, messis uberrima creseat, et vetus gloria latinitatis tandem aliquando revirescat.

Vos autem maxime, adolescentes, illud ne fugiat, in litteris fieri, quod in aedificiis exstruendis quotidie videtis. Non unius opera, non uno lapide illa excitantur, sed coniunctione plurium; hi enim caementa comportant, hi lapides, hi arenas, hi fontem, hi lateres, hi trabes, hi tigillo, dum illi saxa scalpis aptant, illi marmora secant, illi varia obeunt munera ut opus exsurgat ad solaria, ad tecta, ad crepidinem, ad fastigium. Ferat unusquisque vestrum quod potest, qui simul omnes omnia potestis; nam unusquisque sua regionis praestabilia novit, quae, si notarit communicabitque, coalesceret opus, et commentarius noster, cui patent omnia litora regionesque omnes orbis terrarum, dominium gentium, quod latina lingua tenet, notitiis undique susceptis, facile praferet ipso in incessu, et in fronte.

Quae igitur monumenta vel sub dio pateant, vel reperiantur effossa, quae industriis, negotiationibus, commerciis terra marique tententur, quae denique in omni genere usui hominum inventa sint, a singulis vobis expectamus, qui non mediocrem honorem apud omnes eritis adepturi ex restitura latinitate, in quam feliciter ineubuistis, pelago ratem primi committentes.

Atque haec pars auxilii est, quod flagitamus. Nam, si quid gratiae apud socios ac lectores labores nostri meruerunt, illud etiam vehementer petimus, ut qui nomina commentario dederunt, non ipsi modo in proposito content, sed suos inter amicos sociorum numerum quaerant. Impendia quippe enormia sunt, quibus pares non efficimur, nisi societate multorum. His autem largienda futuro anno praemia, eademque more nostro munifica, proposuimus, quae sequuntur.

Compertum est paene omnibus, Florentiae aedificium esse fratrum Alinari proprium, in quo, artificio mirabili «photographica» plurima undique exquisita, exprimuntur. Nos iampidem ab eius officinae dominis libenter concessa usi facultate sumus referendi in imaginibus Commentarii quotquot ex opificio eorum fabulae placuisse; qua quidem potestate intra urbanitatem et non sine magna lectorum delectatione haec tenus usi sumus. Hi autem Alinari fratres, qui tanta felicitate eiusmodi industria potiti sunt, per eamque, parta sibi singulari

scientia lucis, egregiam sui nominis famam undique gentium divulgarunt, experimentis plurimis patientissime adhibitis, tandem aliquando id sunt conseuti, quod ferme maximum in re videbatur, quomodo tabulis, imaginibus, locis, regionibus aptarent colores eosdem, quibus illa aut natura, aut arte essent praedita. Haec, visu sane mirabilia, Florentiae his diebus edidit apta officina, quam A. Pini moderatur, patentque metr.  $0,30 \times 0,40$ ; quod autem super cetera movet est colorum vis, qua non squalentes apparent imagines, sed clarae, vivae, nitentes quasi e manibus egregii artificis prodierint recentissime. En autem tabularum indicem, quas nostris hisce oculis obstupescentes vidimus, quasque sociis comparaturi sumus:

- I. **Pallas Minerva.** — Tabula ALEXANDRI FILIPEPI (vulgo Botticelli). Est in regiis aedibus palatii Pitti, Florentiae.
- II. Tabula titulo **Madonnina** auctorem habens RUPERTUM FERRUZZI. In ostentu Venetiis habito an. MDCCXCVII celebratum hoc opus emit servatque Ioannes G. A. Leishman.
- III. **Maria Virgo Mater cum Divino Filiolo.** — Tabula CAROLI DOLCI, in regiis aedibus uti supra asservata.
- IV. **Magdalena.** — Eiusdem DOLCI tabula est in pinacotheca degli Uffizi, Florentiae.
- V. **Maria Iesum puerum adorans.** Effinxit ANTONIUS ALLEGRI (vulgo il Correggio). In eadem pinacotheca.
- VI. **Idem argumentum quod tractavit PHILIPPUS LIPPI.** Ibidem.

Habebunt ex his pulcherrimis «photoeromis» unam, prouti elegerint, singuli socii, qui, praeter suam subnotationem, recto tramite ad Aristidem Leonori equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem, Romam, via Alessandrina, 87, persolutam missamque, novam subnotationem cum eiusdem pretio miserint. Quot autem erunt subnotatores novi, totidem photoeromias iuxta optionem accipiet qui ipsos procuravit. Qui vero novos subnotatores miserit duos, hic vel duas, quas maluerit, photoeromias eligit, vel tertiam sibi subnotationem nullo pretio.

Proposita haec dona, quae sociis futura grata confidimus, animos addant ad latinitatis causam tuendam, quae optimo cuique est causa humanitatis.

VOX URBIS.

Mirum quanta o  
sertim, quarum m  
canos in rem in  
mari nequit Saturn  
ditura, vel, ob se  
tum, foecunda pac  
non tamen negari  
aspero quidem itin  
profecto quem om  
imitentur.

# VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PREIUM SUBNOTATIONIS:

In Italia: Lib. 10 — Ubique extra Italiam:  
Lib. 15, M. 12, Sch. 12, Doll. 3, Rubl. 6, Flor. 7 1/2.

BIS IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:  
ARISTIDES LEONORI, eques.  
ROMAE — Via Alessandrina, 87.LAUDABILE DE OECONOMICA RE  
EX AMERICIS EXEMPLUM.

Accepimus, neque edimus inviti:

**N**OSTRO hoc in commentario, ubi lector assidus lubenti animo video quaestiones de communi re oeconomica non modo haud negligi, sed saepe saepius agitari, opus praesertim ferente gravi illo auctoritate et nomine doctore Iosepho Toniolo, inter magistros christianaee oeconomiae doctrinae apud Italos facile principe, haud credo inopportunitum laudabile quidem et fortasse praestantissimum exemplum ponii, unde eventus favorabiles sint mansuri ad controversiam compendiam, qua aetas nostra vehementer commovere inter bene nummatos homines et eos qui opus faciunt.

Coetum dico, qui recens Neo-Eboraci in urbe habitus est inter primores utriusque ordinis cives, iisque convenientibus qui progressui humanae societatis in Americis student, ut provocatiois tribunal decerneretur, apud quod, arbitrorum iudicio, discidia ac dissensiones de sociali et oeconomica re omnes tollerentur. Hoc quidem tribunal, quod revera est constitutum, ex populo exque divitum ordine atque opificium constat, pari cuique procuratorum numero, hoc proposito, ut omnia fiant, quae maxime idonea videantur ad industrem pacem promovendam, ad aequas rationes inter dominos atque opifices instituendas, curandum denique ut bonis officiis desertionum consilia sive avertantur, sive praeoccupentur; pace autem turbata, omnis opera atque auxilium adhibeatur ad reducendas res rationesque contractas.

Mirum quanta omnium studia, partium praesertim, quarum maxime interest, apud Americanos in rem incensa fuerint: quod si affirmari nequit Saturnia regna proxime inde redditura, vel, ob sociale prorsus bellum ablatum, foecunda pace in posterum nos fructuros, non tamen negari posse existimo magnum in aspero quidem itinere factum gradum, dignum profecto quem omnes gentes cognoscant atque imitentur.

I. W.

DE SABBATO APUD "GENTILES," SERVATO.<sup>(1)</sup>

V.

Ex hueusque probatis quaestio exoritur, unnam Sabbathum cognoverint Gentiles?

Negari quidem non potest, hac in re illos lumine naturae divinaque quandam revelatione ductos esse. Argumenta in promptu habeas.

Poni debet, colendum esse Deum non privato solum et interno, sed publico externoque etiam cultu. Deo Opt. Max. tamquam Summo Bono, ob summam qua valet potentiam, summam bonitatem, iustitiam et sanctitatem, id est ob summam perfectionem, cultum quoque, quem humana conditio praestare potest, summum debemus. Si summum, ecce publice de propria devotione testari aliosque exemplo incitare erubescamus?... Sed quiete etiam homini opus est, idque natura ipsa humana suadere et praeципere, imo cogere videtur. Hoe autem tempus, quod nobis vacat, cultui divino aptissimum est concedendum. Haec nimur iungenda sunt: cultus divinus et laborum intermissio. Dum enim animus in divinarum rerum magnitudinem iniicere sese intendit, aliis curis incongrue distinetur. Conveniens ergo et aequum est, si quibusdam diebus res istae divinae absolvantur.

Cur autem dies septenarius huic religioni respondeat, ratio est, quod is numerus « perfectus » ac sanctus visus sit. Septem planetae apud veteres numerabantur, quarum e numero cyclus hebdomadicus declarari potest (dies Iovis—Martis—Solis—Veneris—Mercurii—Lunae et Saturni); septem quoque pleiades, septem in facie sensuum instrumenta; per septenarium aetatis mutationes fieri, sive quilibet septimi anni homini climacterici putabantur; ibidem in morbis dies critici septimus, quartus decimus etc., habentur; luna dein septimo quoque die mutat figuram... Nonne videmus quid de « septimanis » ipsa natura praecepit?

Quae cum ita sint, fatendum erit, ipsos gentiles lumine utique naturae cognovisse, non tantum certos dies cultui divino esse tribuendos, sed etiam ex singulis septimanis seligendos (2).

Opponi tamen potest, peculiares ritus ac caerimonias ignorari a ratione naturali, ideoque ritus sabbati gentilis — si fuerint — non a lumine naturae, sed a mera traditione derivari. Attamen distinctio inter ipsam rem et rei modum ponatur. Si omnibus diebus, imo singulis momentis, Deum colendum dicemus, id certe de naturali praecepto loqueremur. Sed ubi de peculiaribus diebus speciali quoque cultui

seligendis sermo est, probari quidem prius ex lumine naturali debet, quisnam sit ille cultus; sed hic multis abstractionibus uti debemus. Facilius igitur concedere possumus, certos et selectos dies divino cultui assignasse paganos non attendentes utrum verus ille esset. Numquid tamen omnes sic irrationabiliter egisse putemus? Potius dicemus rectam hominum rationem, ubi primum sabbatum a Deo praescriptum ex revelatione divina intellexit, debitum quoque et officium suum cognovisse. Prout etiam in Novo Testamento christiani, cum ex lege Ecclesiae Christi, die dominica, loco veteris sabbati, Deum speciali cultu colendum esse agnivissent, hunc diem festum et sacrum habere coeperunt...

Finem heic pono verbis memorati iam Pauli Doctoris Gentium (1): « Quod notum est Dei, manifestum est in illis, Deus enim manifestavit illis... Quia cum cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt: sed evanuerunt in cogitationibus suis, et obscuratum est insipiens eorum. Dicentes enim se esse sapientes stulti facti sunt. Et mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, et volucris, et quadrupedum et serpentium. Qui commutaverunt veritatem Dei in mendacium: et coluerunt et servierunt creaturae potius quam Creatori, qui est benedictus in saecula... »

Scripsi Rypini, mense Novembri A. MCMI.

STANISLAUS FIGIELSKI.

## QUOMODO ROMANI ADOLESCENTULI

SCRIPTIS OLIM EXERCERENTUR.

**Q**UA disciplina Romani pueri adolescentulique instituerentur, ab ipsa ineunte pueritia ad firmorem usque aetatem in commentario nostro declaratum est (2), satisque dictum non reipublice impendio, sed privatorum cura et pecunia magistros fuisse hinc inde accessitos, qui iuvenes, patrinos praesertim, erudirent. Scimus insuper iam a regum tempore missos in Hebrui adolescentulos Urbis, qui apud sacerdotes et collegia altiore sapientia imbuenterunt; quinimo obvium coniectantibus est idem circa oppida Magnae Graeciae, tunc eruditiois omnis ac philosophiae fama inclarescentis, actum fuisse. Scriptor insuper modum secutus est quo, haec omnia pueris, voce magistri potius et memoria, quam libris et scriptoribus, uti mos est nunc atque ratio, tradebantur. At modo mihi

(1) Cfr. num. sup.

(2) Cfr. Iac. SYRBII, *Diss. de Sab. Gent.*, e quo plura hue sunt allata.

(1) Ep. ad Rom., c. I, 19-25.

(2) Cfr. an. IV, num XII.

perserutari liceat si quid in scholis illis tribueretur scribendum, et qua iuvenes Minerva uterentur, ut scripto non minus quam ore calarent, in quibus non infitior a clarissimo viro Julio Martha, qui rem nuper tractavit (1), me haud parum auxiliū accepisse.

Circa illa tempora, quae ante Augustos fuerunt, illud in primis eluet, Cornelio teste, apud divites, qui magnam servorum copiam haberent, in more fuisse domi magistros habere plures, quorum esset munus indolem natorum puerilem perspicere, et quos ingenio praeditos reperissent, eos exercere studiis atque expolire, ut haberentur inde « actores » optimi, queis suprema rerum eura concrederetur, « agnoscatae » scitissimi, quorum esset lectionem coenae domini adhibere, qui et « lectores » appellati sunt, « notarii » aptissimi, qui pronuntiata a domino, praesertim si eruditio, scriptis credent maturime: cuius generis habere apud se coenantem ac deambulantem Plinius ille senior consuevit, de quo Plinius iunior in lib. III, ep. V mentionem facit: neque alium credo ab hoc fuisse Ciceronem Tironem. Quid si addamus eos, quos Cornelius in vita Pomponii Attici nuncupat « pueros litteratissimos », et « librarios »? Atqui hi in bibliothecis herilibus versabantur, auctorum clarissimorum, herique sui libros transcribant, quos aut venales facerent herumque ditarent, aut, aliunde acceptos reddituri, in loculis, armariis, pluteisque domesticae bibliothecae reponerent. Hi servi autem, optimis hisce studiis imbuti, maximi emebantur, maximi vendebantur, atque ideo, qui mercaturam de servis faciebant, intererat huiusmodi habere, huiusmodi erudire; quin etiam et locatios dabant quotidiano praescrito, vel annuo pretio; erantque inter eos, qui mathematici, qui architecti, qui litteras tum graecas, tum latinas, ceterasque artes egregie norant edoeti.

Atqui ut eo redeamus unde digressi sumus, operae praetium est notare apud Atticum servos huiuse fuisse inemptos, sed industria domini circa studia, disciplinas, artes, quot memoravimus, domi educatos, domi eruditos, ac proinde necesse in illa Pomponiana domo magistros fuisse, qui suam iuxta mentem, voluntatem, indolem quemque docerent. Haec autem sunt Cornelii verba, graviora fortassis quam videantur (§. 13): « Neque vero minus ille (Atticus) vir, bonus paterfamilias habitus est, quam civis... Usus est familia, si utilitate iudicandum est, optima; si forma, vix mediocri. Namque in ea erant pueri litteratissimi, agnoscatae optimi, et plurimi librarii, ut ne pedissequus quidem quisquam esset, qui non utrumque horum pulchre facere posset. Pari modo artifices ceteri, quos cultus domesticus desiderat, apprime boni. Neque tamen horum quemquam, nisi domi natum, domique factum habuit. Quod est signum non solum continentiae, sed etiam diligentiae ».

Atqui neque pictores, neque statuarios ceterosque artifices, neque litteratissimos pueros illos, neque librarios, neque mathematicos, neque architectos, et quotquot volueris, efficere tantummodo voce potueris, si scripta excludas. A pueritia igitur iis incumbendum erat in

(1) Cfr. comm., cui titulus *Revue des cours et conférences*, die XIV mens. Nov. an. MCMI.

scripta, exercendaque manus erant in figuris, in coloribus, in lineis, in litteris, in numeris et rationibus numerorum, denique in cultu sermonis graeci et latini, si opera summorum virorum sine mendis voluissent transcribere. Quin etiam familiarius utendum erat Minerva utraque, ut recentior talis esset transcriptor, qui incuria illapsas, aut ignorantia transcriptoris induetas maculas posset avertere atque amovere.

Neque credit quis nos haec suspicari: iure dicimus qui Ciceronem audimus dicentem: « Stilus dicendi optimus effector et magister »; itemque Augustinum illum excelsum verba Tullii clarius ostendentem: « Cireulus et calamus fecerunt me doctorem ». Multa a Cicerone habemus, in his quae supersunt, in libro *de Oratore* praesertim; plura a Varone habemus nisi, qui de re, aut potius rei proximi, libri periissent; plurima a Quintiliano denique, cuius integrum ad manus nostras pervenit opus.

Qui ergo puer a fabellis nutriebarum ad ludum puerorum transibat, exercebatur narratiunculis, plerumque Aesopianis, quas ipse memoriae, amplificeante rem praeeceptore Orbilio illo plagoso, mandabat. Quae audiverat a magistro cogebatur iterare, et siqua omisisset, siqua obscuris involvisset, praeeceptor emendabat, in memoriam revocabat, addebat, ea denique omnia curabat, quae possent puer prodesse. Post haec scribendi copia fiebat. Optimus autem ille praediebatur, et uberrimae spei, qui magistri vestigiis melius, fideliusque haesisset. Inde gradus ad laborem, qui « versus solvere » dicebatur. Erant in promptu, praeeceptore dictante, seu praesribente in atra tabella, modo epigramma integrum, modo selecta quaedam ex excellenti poeta carmina; puta, seu regia solis ab Ovidio, seu procellae descriptio ex Vergilio, aut a Lucano, seu molitiae Tydaeo insidiae e Statio, et similia, ni et lepida illa Horatiana de muribus urbano et rusticō. Omnis labor, et omne opus in eo erat, ut verba, a poetico numero dimota, in solutum sermonem reducerentur, ne uno quidem omissio, vel immutato. Quod quidem aures tenellas ad oratorium numerum tenendum in soluta oratione aptabat, cum turpe Romanis oratoribus esset obsequi et gerere poetis eorum populo gravissimo et sapientissimo Senatu morem, quibus non lenocinia, et blanditiae Musarum, sed ius, fasque, et incrementum romanae rei tantummodo cordi erant.

Hisce scripto exercitationibus absolutis, mox altera, atque haec, meo indicio, minus improba, et fructuosa magis exercitatio subibat, qua, rhetore Quintiliano teste, mutatis verbis quae poeticæ scripta erant, interpretanda dababantur, ea tamen lege, ut quae poeta audacius dixisset, cohiberent, quae poeticum olerent sermonem ad oratorium legem reducerent, et callebant ea distinguere, quae oratorem gravem dererent, ab iis, quae vatis impetus pronuntiasset.

Scribendi gradus ille ultimus erat, in quo datum poeticum argumentum, et carminibus ipsis praescriptum, soluta oratione, proprio Marte, indole ac stilo proprio conficerent. Quod quidem ab Augustino in libro, qui *Confessionum* inserbitur, aut intile, aut vanum indicatur, a Cicerone vero in I<sup>o</sup> *de Oratore* periculorum plenissimum dicitur, namque si ea verba, quae maxime eiusque rei propria, quaeque essent

ornatissima atque optima, occupasset aut Ennius, si ad eius versus se exerceret, aut Gracchus, si eius orationem sibi forte proposuisset, si iisdem verbis uteretur, nihil prodesset; si aliis, etiam obesset, cum minus idoneis uti consuesceret. Erat scribendi autem et alias modus, de quo ita Cicero confitetur: « Postea mihi placuit, eoque sum usus adolescens, ut summorum oratorum Graecas orationes explicarem; quibus lectis hoc assequebar ut cum ea, quae legerem graece, latine redderem, non solum optimis verbis uterer, et tamen usitatis, sed etiam exprimerem quaedam verba imitando, quae nova nostris essent, dummodo essent idonea ». Haec ille qui paulo antea dixerat: « Ipsa colloatio, conformatioque verborum perficitur in scribendo non poeticō, sed oratorio quodam numero et modo. Haec sunt, quae elamores et admirationes in bonis oratoribus efficiunt; neque ea quisquam, nisi diu multumque scriptitarit, etiam si vehementissime se in his subitis dictiōibus exerceretur, consequetur ».

Quod si de exercitationibus illis, quae propositam circa sententiam fuent, mentionem facere velimus, eas quidem scriptis fieri concedo, sed illa in γραψίαι exercitatio pueros debet, non adolescentulos; optima vero illis est, quia assuetos facit ad immutandas propositiones, ad subiectandas aequipollentes, et puerum erigit ad linguae in ipsa interpretatione dominum. De quibus agens Quintilianus ait: « In his declinatio per eosdem dueitur casus ». Diomedes autem, aut si quis est auctor libri de exercitatione chriarum, exemplum affert, cui ego aliud facilius subdo. Si dices Romulum fuisse conditorem Urbis, idque peteres per singulos casus enunciatum, facillime, immutatis propositionis verbis et vel nomine aliquo, posses ita conscribere: Romulus fuit Urbis conditor. – Romuli fuit Urbem condere. – Romulo datum est Urbem condere. – Romulum Urbis conditorem fuisse scimus. – Romule, fuiti Urbis conditor. – A Romulo Urbs condita fuit ».

Hac ipse ego qui serbo industria saepe sum usus in erudiendis pueris tum ut, siquid difficile verbo aut nomine in italicā phrasī vel perīodo esset, ad obviam pronamque latinā interpretationem adducerent; tum ut exercitatione haec declinationes nominum et coniugationes verborum daret angustia temporis (nam vexatio dat intellectum); tum denique ne difficulti aliqua obiecta interpretanda periodo terrenatur, assueti callidae conversioni propositionis datae in aequipollentem. Sed, ubi te amoveris ab hac exercitatione chriarum, seu sententiarum, exercitationem grammaticalem oretenus, non scripto, potius faciendam puto, et nihil superest, quo celebretur, nisi quod sententia aliqua altius in mente, tot enunciata modis, figuratur.

Haec de scriptis exercitationibus, quibus Romani adolescentuli, in ludo utebantur.

SENIOR.

### SUBAQUEI LINTRES

M<sup>ē</sup> animo mitem atque iniurias et maleflacia bellorum valde abhorrentem, tot interfrictia et aspera, in quibus vivimus, non medioriter conatus angebant atque molimina sub-

aequoreae navis indeclinabile clivium esset. Nulla pugnantib[us] serieordia, absq[ue] dis provocante etibus, ae dupli humani generis ferme laetatus t[em]p[or]e, ut aiunt, n[on] ostenderet in aequoreas naviculae moliuntur. quis incumberet, cella, posset nave tranquillas aquas cederet, rursum modum huiusmodi ciis, negotiatoribus sissem et plaudere hunc, exedio in unum spero ut, tur, eadant irriserunt.

Quae quidem cculo Alexandri numentis historiae incolis ista classes subaquei pelagum submersis carinis repensum ausum huius venit oculis histi.

At, decimosepti culo, stundum suum emicuit, Cornelius qui navem contretas, et vectores credidit; talibus I rex cymbale que perfecerit fluetibus. Aërem illa Van Drebbe ut nuncupant, oxygenatum congerit restituebat. Qua bonis et optimis et socio ceteris ei infamiae nota tumulum secreta navis subaequore sed vel nosocomique ubique frequente somnum caput prospexit, a MDCLIII Franci selum aedificavi qui velox, quan dis, et gubernat quod placeret. H[ab] seli huius notitiae est utrum ad diae cesserit. Hu[m] Aestuante bello libertas America Bushnell seaphu cui « Testudo A ad subvertendam salam Staten me seaphus unum et dimidia hora

ecupasset aut Enceret, aut Grac forte proposisset, nihil prodesset; si minus idoneis ut autem et alius monstretur: « Postea us adolescens, ut orationes expliquebar ut cum ea, redderem, non solum tamen usitatis, in verba imitando, modo essent idoneas antea dixerat »: que verborum pertinatio, sed oratorio haec sunt, quae clavis oratoribus efficiuntur diu multumque attissime se in his, consequetur ».

us illis, quae prout, mentionem faciliptis fieri concedo, pueros decet, non illis est, quia as propositiones, ad et puerum erigit sentatione dominium. nus ait: « In his itur casus ». Diost auctor libri de plum affert, cui Si dices Romu is, idque pteres um, facillime, im s et vel nomine re: Romulus fuit Urbem condere. – ndere. – Romulum s. – Romule, fuisti rbs condita fuit ». industria saepe sum ut, siquldifficilia phasi vel perunque latinam in ut exercitatione et coniugatione poris (nam vexanique ne difficulti periodo ternerentioni propositionis ubi te amoveris seu sententiarum, in oretenus, non o, et nihil super sententia aliqua modis, figuratur. inibus, quibus Ro tebantur.

SENIOR.

TRES

urias et malef entem, tot inter vimus, non me molima sub

aequoreae navis inveniendae ac perficiendae, qua indeclinabile classibus improvisumque exterminium esset. Nulla fugae via, spes et salutis nulla pugnantibus; moriendum esset absque misericordia, absque auxilio, caeca morte sub undis provocante flamas, incendia miscente flutibus, ac duplice nece, quasi non sufficeret una, humani generis partem sternente. Quamobrem ferme laetus sum illa legens, quae mathematico, ut aiunt, more eruditus vir, nuper edidit: ostenderet in impossibile eos niti, qui subaequoreas navieulas, prouti sunt nunc, ad excidia moliuntur. Atqui si in adinventionem hanc quis incumbet, ut, ingruente, vel saeviente procella, posset navis in profundo impune demergi tranquillas aquas naectura, per quas tutu procederet, rursum assrectura in apertum; si quis modum huiusmodi salutarem homini, commerciis, negotiatoribusque reperiret, libenter et plaussem et plauderem; verum tetricum finem hunc, excidio imbutum, toto corde detestans, unum spero ut, quae posthac in idem tentent, eadant irrita, prouti hactenus irrita ceciderunt.

Quae quidem humana industria iam a saeculo Alexandri Magni aggressa est, siqua monumentis historicis fides, atque profutisse Ukraine incolis ista scimus, qui Turcas obsidentes classes subaqueis lintribus effugerunt, subeuntes pelagum submersis navigiis, et, sub ipsius clas sis carinis repentes, in tuto se receperunt. Nullum ausum huiusmodi post haec ad nostros per venit oculos historiae monumenta scrutantes.

At, decimo septimo post Christum ineunte saeculo, studium subaequoreae navigationis rursum emicuit, Cornelii cuiusdam Van Drebble opera, qui navem confecit duodecim capientem pretas, et vectores nonnullos, Tamesisque aquis credidit; talisque fuit in opus, ut ipse Iacobus I rex cymbam ingredi non dubitarit, iterque perfecerit incolumis mediis submersus in fluctibus. Aërem reficiebat, renovabatque in area illa Van Drebble usus arcano liquore, qui gaz, ut nuncupant, acidum carbonium absorbens, oxygenatum congruumque pulmonum aspirationi restituebat. Quae quum faceret, quasi demens bonis et optimis, quasi daemone iuvante usus et socio ceteris civibus videbatur, atque hac usus infamiae nota obiit, secum tacitus trahens in tumulum secreta pulcherrima, quae non modo navis subaequoreae redderent idoneum aërem, sed vel nosocomis, vel templis, vel aulis, denique ubique frequentia populi concluditur, ubique somnus capit maxime saluti hominum prospexit, atque prospicerent adhuc. Anno MDCLIII Francus quidam Amstelodamii phaselum aedificavit duo et viginti metra longum, qui velox, quantum sat erat, abibat sub undis, et gubernatori absque labore parens, et, quod placeret huic, iter arripiens. Sed phaseli huius notitia nulla superest; atque incertum est utrum abiens demersus sit, vel invidae cesserit. Hunc pariter arcum ambiebat. Aestuante bello Americano contra Anglos, quo libertas Americanae gentis asserta est, David Bushnell scaphum imperatori Parsons obtulit, cui « Testudo Americana » postea nomen, ut ad subvertendam Anglorum classem, prope insulam Staten morantem, illo uteretur. Hic vero scaphus unum tantummodo capiebat hominem, et dimidia hora versabatur sub mari; postea

necessitati renovandi aëris obtineraturus as surgebat in aequum, expellens aquas ante in carina receptas ut submergetur. Rota in immo posita, brachioque adacta procedebat navicula.

Quapropter cum optimam ad rem videretur, anno MDCCCLXXVII plures inde scaphi exstructi fuerunt, qui tamen exspectationi haud fuere pares; neque Anglici classis ad Delaware istis, prouti spes erat, attrita est. Mox anno MDCCXCIV qui Fulton Rupertus vapore primus naves actas pelago commisit, plura prefecto rapiens ab iis, quae de Bushnell audierat et viderat, novum lintris genus extruere orsus est. Huic forma instar piscis, et *Nau tilum* nuncupavit, pulchraque dedit experientia in mari proximo Rouen, Havre, Brest. Tres ibi, aut quatuor proretantur tantummodo; plicatili malo velisque utebatur, quibus supra mare uteretur erectis, et submerso minime obstant et obessent. Compresso aëre in eu priis pilis aer reficiebatur ad respirandum, ac talis erat totius aedificii summa, ut posset contrahi, et fieri angustius, atque inde submergi. Hac usus machina ostendit quae inde fieri possent: quippe quia plerasque carinas excidio excidit subter means, vimque ignitae pulveris lignis apponens, ac postea incendens, magnum quid attigisse iure credebat. Sed Gallorum Res publica, fatis obcaecantibus, neque auxilio, neque benevolentia prosequuta est Rupertum, qui victoriae omnes numeros ultra offerebat, novoque phaselo exstructo, qui octo sufficeret classiariis, ac tringita diebus aequos commetus deferret, et ad trigesimum usque submersionis metrum perveniret, supremam attigisse haec in re metam videbatur.

At adversa omnia experiens a conamine quovis recessit, dum Coessinii fratres, Napoleone I° animos addente, immo excitante, in idem, et quidem perfectius antea factis, conati sunt; neque res alio cecidit; at nimia difficultate singula movebantur; hinc opus omne relictum est. Anglicus centurio quid simile inicit, quod tamen sex metra tantummodo, non altius descendebat in fluctibus. At opibus deficientibus, angustia pecuniae res omnis infecta. Haec autem inter Johnson quidam, qui merces veetigali publico notatas clam inducere solebat, et reipublicae aerarium tributo sua fraude privabat, novam huiusmodi naviculam molitus est, qua custodes riparum ac littorum falleret, et occultus abiret. Et quae speraverat assecutus, magna meditans rem Anglicis ducibus, qui mari praerant, aperuit, experimentaque plura suo scaphulo obtulit, quae omnia, quippe lignea eius machina quot affabre in Fultonio et Bushnell divisa erant, una in se congregabat, optime coepitis respondere visa sunt. Quidni? Napoleonem ipsum, in insula Sanctae Helena captivum et exsulem, eripere et liberare moliebatur; sed in ausu ipso, et dum omnia parantur ad fugam, Napoleon mortuus est. Anno MDCCXXX Gallus in eadem incubuit Montgery Gallicae addictus classi, suoque lintri nomen fecit *Incisibile*; anno MDCCXLIV Sayerne in *Hydrostatum*, ita vocare placuit, anno MDCCCLIII Nasunyt in *Mortier-Flottant* haud aliter ac Montgery incubuerunt. Non tamen assequuti sunt quae fuerant in votis. Hinc, saeviente Chersoneso in Taurica bello, Scott-Russel navigium molitum est; rursusque

in eadem mathematicus vir Villeroi conatus est, dum illud immane furiat bellum inter foederatas Americae civitates, cui a secessione nomen. Verumtamen scaphus a Villeroi confectus destruendae navi par erat impetu, et igne subaequoreo, at illud enorme, quippe experientia testimonium perhibuit, una cum exesa navi aeternum concidere in profunda ratum, caede eorum qui intus erant.

Post haec equis classiarius sese voluntariae morti inglorium daret? Nec tamen animo cessere homines pertinacissimi; qui duobus phaseli *Alexandrowski* et *Bieralski* tenere eadem in Russia conati sunt. Sed haud arrisit fortuna conantibus. Bourgeois anno MDCCCLXIII quid simile in *Plongeur* edidit, idem Hallet in *Nau tilo*, idem Halstea in *Cete intelligente*, idem Holland in *Submarino*. At minime hae naves habitae sunt pares pollicitis. Nordenfelt, An glus, dicitur plurima consequentus; attamen ex hoc ipso, quod Anglici res publica locum huic in classe non fecerit, facile iudicium venit. Anno MDCCCLXXXIV Niceae expositus fuit *Neptunus* a mathematico nostro Toselli ex structus, qui quidem compar naturae arcans in mari scrutaudis, impar bellando erat. Waddington Americanus, electride movente usus, lintrum bellum subaequoreum molitus est primus, cui forma coni instar duplicis, qui latus in medio metris duobus, longus hinc et inde metris quinque cum dimidio, integrum undecim metrum longitudinem praeferebat. Huic celeritas quae duodecim chilometra quavis hora aequaret, octo autem horis sub pelago impune maneret. Post hunc mathematicus Campbell-Ash *Nau tilo* suo, Gustavus Zedé *Gimnoto*, utrisque electride agente abituri, manum difficilli ma rei imposuere. Neque melius obtigit *Peral* hispano, *Goubet* gallico penitus ex aere confecto, Gustavo Zedé *Delphinus*, quem Pullinus, inspector, seu Censor navalium rerum, edidit, optima visus est polliceri in Ligustico sinu, sicuti Gustavus Zedé tum ad Aiaccium, multis tamen, quibus peccaverat, emendatus, tum ad litora Salius d'Hyeres.

Res omnis itaque in hoc est, ut omnia optima promissa sint, prouti olim; siquld experimentis tentetur, et hoc iuxta promissa et exspectata videatur, nihilotamen secius in ipsa re sunt, quae penitus iter abrumpant. Atque illud in primis quod facillime subvertitur navi; quapropter converso scapho carina in solarium, solarium in pavimenta convertatur; quanta cum sorte navi et hominum rerumque inclusarum quisque videt. Iam quid si circuitio haec in precipiti itinere praecipit fieret? Insuper ubi mare pacatum non sit, impossibilitas perspiciendi. Denique deest actio peculia ris in re bellica.

At ponamus haec omnia prospere obtinenda; non erunt adversi lintres? Caeca ergone sub pelago pugna ibit? At prudens futuri temporis Anglia iam experimentis probat quid poterit pila in eos, quid torpedo subaquea, quid « melinites » ac « dinamites » inclusae in ferrea enormi pila et repellente impetu fulminantes in hosce lintres, quibus fragilitas est aduersus illas marini Martis immanes machinas et instrumenta exterminii. Hinc, nisi prius hi subaquei lintres velocitatem superioribus param loricatis navibus, stabilitatem, qua perma-

neant, nec circumvolvantur, denique potentiam persiciendi assequatae sint, eorum usus in bello quovis aut exiguis, aut periculorum plenus, aut fere nullus.

Scio,

*Gens humana ruit per vetitum nefas!  
et quidem:*

*Nitimus in vetitum;*

at ego hoc mihi sperabo, subaqueas lntres futuras, immo naves, navigia: at quae commerciis, et securitati hominum, excidiis autem atque extermiis minime serviant.

H. DE VECCHI PIERALICE.



### HORAE SUBSECIVAE

Quadragesimali tempore adventante, ad rem publicam gallinaceam de Bacchanalium exitu consolatio.

*Passa graves nimium gens gallinacea curas,  
Et longo squallens dum regnant orgia luctu,  
Tolle animos, meliora manent te fata, tibi que  
Post variis casus, rerum norus incipit ordo.  
Tempus adest felix, quo pace fruare sequestra,  
Quove ruas liceat tandem reparare ruinas.  
Pone metus; nulli posthac violanda tyranno  
Pax regni tranquilla tui: sat sanguinis haustum.  
Indomitaque gulae nimia sat caede libatum.*

*Proh quot funestae nuper, quot stragis acervos  
Edidit in pingui coquus omnis ubique culina!  
Quis tristes curium casus, quis funera fando  
Temperet a lacrimis? Mortis genus omne cruentae  
Gens miseranda tulit, caeca data praeda furori.  
Pars altos inter latices undantis aheni  
In poenas elementa, licet contraria, sensit  
Coniurasse suas; et magno fluctuat aestu.  
Pars infixa veru lento torquetur ab igne,  
Crudeli circum acta manu; pars ignibus ardet  
Subiectis, unctaque ardens sortagine replet  
Ingenti stridore domum; graviora parantur  
Supplicia interea miseris, namque arma furentes  
Ocyus expeditunt, mediaque cadavera mensa  
Carnifices epulanda locant, quisque intus adacto  
Transadigit ferro costas, et quaerit apertis  
Pectoris in latebris quotquot coquus abdidit escas.  
Delicias, aridique irritamenta palati.*


*In nova quisque suo pendet convira tridenti  
Vulnra, discrptosque ferus depascitur artus:  
Sedula turba canum circum latribus instat,  
Pabula et immani sibi debita poseit hiatu.  
Proiecta horrendum strident sub dentibus ossa,  
Eruiturque latens lingua lambente medulla.  
Ipsi iam feles errant caenacula circum,  
Et saeris lacerant semesos unguibus artus.*

*Cetera cur memorem? Infandum renorare dolorem  
Mens refugit, seriemque ex ordine pandere rerum.  
Oh fortunatae volvures! Crudelia Bacchi  
Sacra abeunt, moestique dies; iam certa salutis,  
Iam spes pacis adest: festivos incipe cantus,  
Viris adhuc tanta quaecumque ex clade superstes.*

*Iam bello turbentur aquae, Neptunia regna,  
Omnis in occultis pisces desaeriat ira;  
Insidiis et fraude potens iam tendit opimam  
In praedam piscator, et omnibus irruat armis:  
Retibus oceanus iactis agitetur et hamo,  
Seu quaecumque solum foecundior alluit unda.  
At multos miserata ferant nisi caerulea pisces,  
Fluminaque, et latis collectae in vallibus undae,  
Inque omni facilis saliat nisi gurgite praeda,  
Quas tibi (vae miserae!) gens gallinacea clades  
Praesagit, delusa fames quea bella minatur?*

E. DE AZEVEDO.

### MONUMENTA URBIS ROMAE



De mole Hadriani, sive Castro S. Angeli.

**Q**UUM ea sententia sit nobis animo, qua, opportunitate arrepta, praecipua Romanae Urbis tum veteris tum novae monumenta et imagines in commentario exprimamus, et elucubratione debita, quoad sufficiant vires, commentoremus, ab hoc, quod fama conditoris patratisque in ipso rebus ubique gentium innuit, optime visum est exordiri.

Duo de viginti ferme a saeculis exstans, novos induit usus, novaque per nomina et a constituto longe diversa ferme raptatum, sit venia verbo, mole sua tamen immanni idem stat quale fuit, contra quam nec anni nee barbari potuerunt. Praeclara amisit, quibus eminebat, ornamenta, quis neget?: saerum olim quieti et cineribus hominum aedificium militaribus rumoribus et clangoribus, mortisque ferendae industriis et artibus rovetur; tuendis vivis adhibetur locus, qui mortuis unice fuerat praeparatus, reiectisque atque repudiatis aeneis marmoreisque simulacris mira conflatis arte atque dolatis, aerea tormenta bellica excepit, quibus late in vivos exterminia et clades ingereret.

Sed rem ipsam ab incunabulis videamus.

Hadrianus Imperator Augustus, quo aut nullus, aut vix alius Musarum disciplinas optimas artesque humanas vehementius altiusque sensit, Urbem, finitimasque regiones, Tiburtinas prae-sertim, monumentis, aedificiis mirabilibus postquam implevit, quibus Romanos ausus delicatissimae Graecorum indoli copulaverat, animum eo advortit, quo veluti vitae suae splendidissimae ingenique uberrimi atque ad ingenuas artes aptissimi compendium excitaret, idque perpetuum nominis sui mnemosynon esset, ornamentum simul atque incrementum.

Ingens igitur soli spatium iuxta Triumphalem viam in dextro Tiberis litore occupavit ad hortos Domitiae gentis, ibique Parii marmoris rupibus centum et quatuor per metra porrectis, quadrata namque basis, rotundum aedificium imposuit, intus tophaceis molibus ac Tiburtino saxe exstructum, extra multiplex et multicolori marmore varium, quod columnarum dupliei ordine ornavit, capitellis omni Pallade decoravit, statuasque addidit iueandas visu, adspectu mirabiles, numeris perfectionis omnimode absolutas atque expolitas. Duplicem hunc ordinem zonis duabus coronavit affabre exsculptis, an-

conibus, projecturis, mutulis, echinis, denticulis, triglyphis suo quaque loco dispositis; omnia ad architecturae praecipuum distribuit, perfectique: ita quidem, ut, dum per cochlearem scalam in interiori est ascensus ad penetralia, ubi ad summum ventum esset, septuaginta ac tria metra a solo eminentem in collem, cupressis consitum, egressus pateret.

Tune duplex ille ordo marmoreus columnarum simulaera quamplurima sustentabat aperto caelo spatiantia, atque inter haec et viridescensem collem via erat, qua summo monumenti culmine potiretur invisens. Ibi supremam camerae contignationem aeneam illam pineam, quasi fastigio imposito, assurgere praedicarunt, quae in media platea ante basilicam S. Petri primum posita, deinde in Vaticanum Palatium translata in loco superiore atrii illius *Belvedere* servatur adhuc (1), aeneique pavones, qui una cum pinea eodem in loco nunc sunt, - duo tamen supersunt tantummodo - honorem loco addebat. Hae aves quasi mirabile quadam conflatum ex aere habentur, nec deest opinio plures fuisse per cancellos in apicibus dispositos, quibus monumenti infima concludebantur. Limini imminebat ingens Hadriani simularium, quod effossum, olim loco quippe excederat, atque a solo erutum in musei Vaticani aedes inductum est, sculptoriae artis opus egregium.

Pontem insuper ad Mausoleum fecerat in Tiberi flumine, qui durat adhuc, duobus nunc arcibus auctum (2), praeter hos autem omnia retinens ab antiquo a fundamentis ad viam. At Hadrianus pontem ipsum duabus et quadraginta columnis ditaverat, prouti in quodam numismate me vidisse recordor, perque columnas trabationem deduxerat, et euprio confexerat. Pontem a suo nomine Aelium nuncupavit.

(1) Rel ad nostra paene tempora manavit fama, quemadmodum videre est in tabula lectoribus nostris hec exhibita, quae ex antiquiore imagine deprompta, reddita est in iterum Urbis descriptione usque ad ultimos annos saec. XVII. Sed neque apud Procopium, neque apud clariores historicos qui Hadriani sepulcri notitias dedere huic pineae mentio fit, quam mediis aevi scriptorum auctoritatibus innixi plerique nunc ex *Pantheon* deductam credunt. Quin etiam fontem fuisse appetat ex foraminibus in ipsa existantibus, nisi tamen ad hoc ministerium aptata fuerit in ipso paradio veteris Vaticanae Basilicae, ut ea pro fontis capite uterentur. Quid si in ipsa mole Hadrianea rivulos dimitteret invanis idoneos cupressis, aeternum iis adverso sole scintillans? Inspectis foraminibus credo posse decerni utrum haec nativa sit, an terebro postea deducta.

(2) Cfr. tab. III.




Imperante stabant; et, s Honorii primu aut saltem defensionem, b trans Aurelianamento, quos a vo post Christi lio Aurelio Co iubente ibi se sare Hadrianino Pio, de lio Fulvo Ant relia Fadilla d Aurelio, de Tit stina inscripti quanta passa primum Hadri numentum, ter aestuante bello lantibus, furia CDLXXXIII-I mulaeris, ornata excelo projectis quibus S. Pauli

Consul Cres etans tyramide diuque nomine Othonem III<sup>o</sup> A testatem Roma tificies accepere eaepit, Bonifac (saec. XIV).

Qui hunc se aree curare, op novas intus et prae ceteris; o rime vidimus, enim, et cuina mora prodest,

Nee pretere chaelis Arcang gladium vagin tiatum. Saevi gorius ille Ma populo supplices lacrimas ut res illo in cæcum



Imperante Honorio integra omnia adhuc exstabant; et, si historicis adhibenda fides, ipsius Honorii primum consilium fuit de convertendo, aut saltem de fruendo aedificio ad Urbis defensionem, barbarosque arendos. Hinc restaurans Aureliana moenia muros addidit monumento, quos ad Tibrim usque produxit. Octavo post Christum saeculo fumebres de Lucio Aelio Aurelio Commodo, qui Pertinace Augusto iubente ibi sepultus fuerat, de Lucio Aelio Caesare Hadriani Aug. adoptivo filio, de Antonino Pio, de Faustina priore, de Marco Aurelio Fulvo Antonino Antonini Aug. F., de Aurelia Fadilla eodem ab Aug. nata, de Marco Aurelio, de Tito Aelio Aurelio, de Domitia Faustina inscriptiones adhuc legebantur. At iam quanta passa erat pulcherrima moles!... Quae primum Hadriani Mausoleum, sepulcrum, monumentum, templum nuncupata, mox gothicis aestuante bello, barbaris invadentibus, depopulantibus, furiantibus, Castrum Theodorici (an. CDLXXXIII-LXCIII) appellari caepit, simulaebris, ornamenti in aggredientes hostes ab excelsa projectis. Tum columnae ablatae sunt, quibus S. Pauli Basilica exornaretur.

Consul Crescentius arce illa potitus, affetans tyrannidem, a suo nomine arem dixit, *diuque nomine hoc nota fuit, usque dum ab Othono IIIº Augusto inde expulsus est. In protestatem Romani Senatus reverterat, a quo Pontifices acceperunt, et Pontificium castellum dici caepit, Bonifacio IX de Tomacelli Pontifice (saec. XIV).*

Qui hunc sequuti sunt, singuli de munienda aree curare, opera addere, munitiones excitare novas intus et circa, in quibus Alexander VI prae ceteris; cuius insignia marmorea nuperime vidimus, nescio qua causa, abradi. Quid enim, et cuinam abradere, aut avellere marmora prodest, superstite historia?

Nec pretereundum censeo simulaebrum Michaelis Arcangeli in fastigio emicans, quasi gladium vagina reconderet caede diuturna satiatum. Saeviente enim lue, anno DXCV Gregorius ille Magnus Pontifex quum una cum populo supplex procederet effusus et ipse in lacrimas ut resideret flagellum, vidiisse dicitur illo in cacumine stantem Angelum, ferrumque

reponentem, vocemque audivisse, qua monenter de placata ira Numinis punientis. Tunc erectum ipso in apice sacellum fuit, vocatumque *Sacellum S. Michaelis Arcangeli inter nubes*. Fatiscente hoc, sacelli loco simulaebrum ad perennandam facti memoriam ex marmore erectum fuit, visendum credo adhuc in aedibus ipsis inferioribus, in quas deductum est. Excitaverat hoc opifex, cui a Montelupo nomen. At Benedicto XIV Pontifici optimum visum est aeneum constituere signum, et, opifice Verchafelt Germanico, rem votumque absolvit.

Nunc autem, quatuordecim post saecula circiter ab iis, quae belli sunt, ad mitiora fata videtur revertere, amotis quippe ab aree, quot sunt, armis nunc ad pugnas exeogitatis, museum ibi fiet, in quod obsoleta iam arma congregentur, visitantibus et praeterita seruantibus iucundissimum promptuarium. Atque haec ubi accidunt, prout speramus, fortasse populo dabitur fruendum rursus illie noctu spectaculum ignium pictorio more coruscantium, qui Romae *Girandola* appellantur. Spectaculum enim aptaverat arcis loco, lineisque adstruxerat Michael Angelus Bonarrotius primum, mox Berninius, plura addens et plura perficiens ex iis, quae reliqua erant, dignum non modo Urbe, sed huius proprium et singulare fecerat. At ex periculo non levi, si abdita in imis ignita vis conflagrasset, flammis hac illae discurreribus, in montem Pincium spectaculum delatum fuit.

Ceterum, habetis, lectores, sub oculis non unum arcis Hadrianae a nobis oblatum prospectum; alter est qualis plus minusve illa fuisse creditur, alter qualis nunc appareat, ineunte sole meridiem, dum ad meridianae horae signum, dato astronomica e specula indicio, illie pyroballista tonat (1); qui denique huius scripti in capite est, areem ostendit, circa illa luctuosissima tempora, quibus latrociniis, caedibusque, exterminis que imbutis hispanis aciebus, Pontifice Clemente VII, Imperatore Carolo V, Roma expugnata est, ac simul depopulata, plurimaque optimarum artium prodigia fracta, cremata, abrepta, dispersa fuerunt, a codicibus Vaticanis ad ea, quae in dynastiarum domibus asservabantur, nec templis, nec egregiis ullis pepercere simul et crudeles et barbari, ita ut in illis

et Alarius, et Totila et Gensericus revixisse viderentur. Quod nobis quidem suadere videntur semiruta moenia utrumque arei adiuncta, in quibus ferrearum pilorum impetus facile est cuique videnti perspicere (1). Utinam ergo Hadrianeae moli sit pax, et, quoniam impossibile est priscam illi reddere dignitatem, ruinarum saltem ignara novarum talis totidem saeculis visura permaneat, qualis nunc veneranda nobis appetat.

G. P.

#### DE MICHAELE VÖRÖSMARTY


POETA HUNGARICO.

MENSE supremo saeculi superioris gens Hungarorum diem festum celebravit, cum unum ex poetis suis gratissima memoria prosequeretur, qui procul dubio nominis sui memoriam apud omnes, qui Hungaricam linguam callent et qui vero pulchroque delectantur, immortalitati tradidit.

Michael Vörösmarty, ut verbis doctissimi viri et existimatoris Beöthy utar, non solum unus ex iis poetis est, qui animos legentium fabulis iucundissimis afficiant et nobis calamitatibus obrutis maximo solatio sint (dubium quidem non est, quin hoc in genere quoque in primis sit ille numerandus); verum etiam vitae Hungaricae magister est habendus.

Omnes, qui carmina eius legimus, fabulas spectamus, vitam nostram clarius videmus, officia atque munera altius sentimus, magis amamus nostrates, et nobis hoc modo ab illo institutis gaudium iucundissimum idque honestum nascitur.

Leges et praecepta, caritatem et iustitiam,



sima tempora, quibus latrociniis, caedibusque, exterminis que imbutis hispanis aciebus, Pontifice Clemente VII, Imperatore Carolo V, Roma expugnata est, ac simul depopulata, plurimaque optimarum artium prodigia fracta, cremata, abrepta, dispersa fuerunt, a codicibus Vaticanis ad ea, quae in dynastiarum domibus asservabantur, nec templis, nec egregiis ullis pepercere simul et crudeles et barbari, ita ut in illis

absolutionem et perfectionem quanta imaginum permoventium et concuentium abundantia depinxit!

Animos legentium in societatem bonorum, afflictorum et optimatum trahit. Amorem erga parentes semper et ubique, cum in angustiis

(1) Deprompsimus ex tabulis monumenta Urbis effigientibus calybe egregie cisis a MARCO SADELER, Prague. Quas quidem tabulas maximi momenti atque inventu difficiles a clarissimo viro JOSEPHO HAASS equite ultro accepimus, et passim in *Vox Urbis* edemus; iamque munifico adiutori nostro publicas pro meritis gratias tribuimus.

(1) Photographice expressit CAIETANUS SENNI, comes romanus, qui nobis ultro obtulit.

aetatis ingravescens, tum in summis honoribus atque dignitatibus vitae servandum esse docet.

Cuius amoris illud carmen est testimonium, quod Hungarice « *A szegény asszony könyre* » (i. e. Liber mulieris pauperis) inscribitur, quo nihil iucundius et dulcius cogitari potest, ita ut eum praeter, si nihil aliud scripsisset, immortalitatem tamen consequetur fuisse omnibus recte existimatoribus Hungaricis est persuasum.

Carmen cui maximam famam debet, simile est Horatianis, gentem suam adhortantibus: *Szózat* inscribitur, et Hungaros ad amorem patriae inflammare contendit. Eiusdem hoe fere est argumentum. In primis poeta alloquitur gentem suam, deinde ei praeter patriam nullum alium locum esse et in patria cum in rebus secundis, tum in adversis vivendum ei esse canit. Ea in patria maiores vexilla libertatis sanguine madentia portavisse et post tot discrmina rerum, post tot discordias et calamitates gentem quidem minorem, sed minime fractam vigere. Itaque orbem terrarum, patriam omnium populorum invocare audet vates qui exclamat: « *Calamitates mille annorum aut vitam, aut mortem postulant!* » Si autem fortuna tempora meliora genti denegaverit, non est dubium, quin mors magnificentissima eaque laerimis hominum totius orbis terrarum digna sit futura.

3]

## FABULAE SELECTAE FONTANII

A IOANNE BAPT. GIRAUD LATINE REDDITAE  
PASSIM RETRACTATAE A FRANCISCO XAV. REUSS.

## XI. MORS ET HOMO INFELIX.

*Infelix quidam noctuque diuque rogabat  
Mortem, ne misero tam sibi tarda foret:  
- « O Mors, - clamabat, - mihi quam formosa rideris!  
Finem, quies crucior, pone benigna malis». -  
Advolat, officium rata se praestare vocanti,  
Mors, pulsansque fores, strata gementis adit:  
- « Proh Deus! - infelix erumpit, - larva quid ista  
Ossea deposit? Foeda, recede procul,  
Taedia quae, vix visa, mores infersque pavorem!  
O Mors, ex oculis aufuge dira meis! » -  
Haec festivus erat: - « Sim debilis, - inquit; -  
Sim podager, mancus, nil nisi truncus iners;  
Vivere da tantum, mihi ricere prima cupido». -  
Sic est: mortales vita vel aegra iurat.*

## XII. MORS ET LIGNATOR.

*Ramis heu! gravibus lignator onustus et annis  
Ibat, lassa trahens membra, labante gradu.  
Pectore anhelanti curvum sudare rideres,  
Dum propriam repetit, fumida tecta, casam.  
Succumbens oneri tandem fractusque labore,  
Sic sua, deposito pondere, fata dolet:  
- « Ex quo me peperit miserum paupercula mater,  
Affulsitne mihi laeta vel una dies?  
Nulla quies unquam, quandoque cibaria nulla.  
Augent aerumnas uxor alenda mihi,  
Nataque iam proles, tum rectigalia, miles,  
Creditor Hebreus, gratuitusque labor». -  
Haec reputans, Mortem vocat ille; subitque vocata  
Quaerens a querulo quam sibi poscat opem:  
- « Hanc mihi ferre velis, - dixit, - qua ligna resumam  
Quae posui; non est unde morere magis». -*

Carmen hoc, quod totam fere historiam gentis Hungariae tot et tanta pericula passae complectitur (quid enim aliud est Hungarorum per mille annos historia, quam continuus ordo calamitatum, quibus eos nunc Orientis, nunc Occidentis variis populi affecerunt?); in linguam Germanicam, Graecam, Latinam, Italicam, quin etiam in Hebraicam versum est.

Quod vero ad carmina epica nostri vatis attinet, omnium maximi momenti est id, quod *Zalán futása* (Fuga Zalani) inscribitur, in quo poeta, quomodo Arpadus dux suis patriam in media Europa paraverit, hexametris auditu dulcissimis iisque omnibus rebus perfectissimis enarrat.

Quo in carmine heroico condendo Vörösmarty eum finem sibi proposuit, ut tempora praeterita bellicae gloriae plena, imaginesque belli dum civibus ante oculos poneret, ne in rebus adversis suaetatis animo deficerent, utque patriam multis victoriis et sanguine partam sibi custodirent.

Atqui non solum gentis suae res adversae poetam moerore afficiebant. In Polonos, tot calamitatibus afflictos, propenso animo is erat. Cum enim ea gens fortissima et omnium nationum amore dignissima fortunae cedere coacta esset, nihilque habuisset, quo se consolari posset, Hungariens poeta eam oppressam sincere condolebat.

*Mors, aerumnarum finis, tamen aerumnosos  
Territat; estque nefas quaerere tardipedem.  
Dura pati potius, miseram quam ponere ritam,  
Publica naturae vox ea semper erit.*

## XIII. HOMO MEDIAE AETATIS.

*Actatis mediae vir, canescente capillo,  
Ducendae uxoris sensit adesse diem.  
Huic, cum plena foret congestis area talentis,  
Deligere in promptu, quam sibi vellet, erat.  
Quaeque placere studet; properare sed ille negabat:  
Nam bene sortiri nor lete fertur opus.  
Ante alias, binae studiosius aere potentem  
Certarunt viduae demeruisse procum.  
Tinor una quidem; maturior altera, rugas  
Fuco nascentes dissimilare sagax.  
Dum ludunt geminae ridentque, decentius instant  
Occiput incompustum composuisse viri.  
Quos supereres videt nigros per tempora crines,  
Solerti digito depopulatur annus.  
Iunior interea canos devastat, abortae  
Signa senectutis cum male ferre queat.  
Sieque tot albenti velluntur utrinque capilli,  
Calrus ut incedat, doctior ille tamen:  
- « Egregiae, - dixit, - tonstrices! discite, restras  
Plus prodesse mihi, quam nocuisse, manus.  
Absit hymen, quod ad arbitrium me vivere restrum  
Cogeret, arbitrio iam pereunte meo.  
Tempora nostra pilis quamquam nudastis, amicae,  
Grates, quod stultum me monuistis, ago».*

## XIV. VULPES ET CICONIA.

*Venerat ad vulpem vicina ciconia; vulpes  
Ad coenam retinet comiter aligeram.  
Sordidius paulo cum viveat hospes avara,  
Plus aequo tenuis mensa rudisque fuit.  
In patina pultem vulpes apponit aquosam,  
Nil ubi, quod rostro corriperetur, erat;  
Interea quadrupes tribus haustibus omnia sorbet.  
Sic tamen hunc avis est cautior ulta dolum.  
Invitat vulpem, Veniam - quae dixit -; amicis  
Morem laeta meis, vixque rogata, gero».  
Hora subit: conviva memor procurrit ad aedes  
Hospitis alatae, quam ter avere iubet;*

Ex hoc quidem amore orta sunt carmina: *Exsul (A hontalan), Statura viva (Az élő szobor)*, Regnum oppressum (*Az elveszett ország*), Homines (*Az emberek*), quae omnia non solum dolorem verissimum exprimit, sed etiam ita scripta sunt, velut si poeta suorum mortem magnificentissimam, de qua supra dictum est, timuisset.

Restat, ut pauca etiam de lingua poetae dicam.

Iuvat hie Mauri Iókay, clarissimi fabularum Romanensium scriptoris, verba referre, eius fama totum fere orbem terrarum pervasit: « In carminibus eius, — inquit, — lingua Hungarica conscriptis moduli quidam ineunt, iisque tam multiplices, tamque variis sunt quemadmodum summa sententia et ratio proposita poematum postulant. In carminibus heroicis autem sonitum cornuum et tubarum, fragorem caeli, clangorem gladiorum poeta imitatur; in minoribus epieis, quae vulgo cantiones vocantur, sermo eius nugis et deliciis redimbat, quin etiam plorantium voceibus simillimus apparat; ridet, et in eachinos effunditur in poematis iocosis, solemniter, ut quoddam oraculum in dramatibus canit ».

Vörösmarty poetarum Hungariae facile princeps, natus est an. MDCCC, kal. Decembr. in pago Puszta-Nyék, non longe ab Alba-Regia (Székes-Fehérvár), ubi reges priores Hungarici

regiis insigni  
Albae-Regiae  
quentavit; in  
causa confuli

Opera Ver  
rum recentiori  
Schiller manu  
viginti et tre  
quod « Fuga  
undeceim men  
etus et a doct  
anno MDCCC  
sibi monumen

Ser. Keszthe

## VITA FUI

Ioannes von  
decessit, historia  
dens atque diut  
mines prosecutus  
tissimus plura e  
qua celebratissi  
inscriptum, unde  
posteros, at simu  
ropae nationes n  
ut inter eas bell  
stat huiusmodi op  
Russorum Caesar  
luisse, ut ipse auct

Franciscus Z  
quitatis magister  
Athenaei Argent  
migravit, ubi ad  
Omnia ab eo seri  
tatum christiana  
Graeci Επίσηλον τ  
satis dueimus. Cu  
fuisset in studii  
nes patriae; inde  
in Germanorum i  
lerit.

Philippus Ma  
cen Romae recto  
rem cum singulari  
nam tradere qua  
Ruy Blas apud c  
tum, cui modos i  
ipsi aperuerat!

Donatus Ma  
puratos cooptatu  
venti obiit, in di  
anno MDCCXC

## ANIMALIA

*Laudat rite dapes coctas, sentitque citari  
Esuriem, comitem vulpibus assiduam.  
Naribus anticipat sectas in frustula carnes,  
Quas fore se dignas mota saliva docet.  
Spes dulcis delusa tamen: capit amphora coenam  
Collo praelongo nata, brevique labro.  
Inserit huc facile subtile eiconia rostrum,  
At frustra tentat rem labiosa pecus.  
Quae, cum linaxisset circumque supraque lagenam,  
Cogitur heu! vacuo ventre redire domum.  
Crure redit lasso, demissis auribus, instar  
Vulpis, quae galli calcare victa foret.  
Fallere quisquis amas, haec ad te fabula spectat:  
Quis cepisti alios, his capiére dolis.*

## XV. PUER ET LUDI MAGISTER.

*Admonitus vanos obiurgatoris inepti  
Versibus hisce refer, musa iocosa, meis.  
Sequanicum dum forte puer nugatur ad amnem,  
Labitur in tumidas, iam perituras, aquas.  
Adjuit opportuna salix quae, brachia pandens,  
Servat, servator cui fuit ante Deus.  
Ramo suspensus, puer hac transire magistrum  
Cernit, et: - « Ah! pereo, fer mihi - clamat - opem ».  
Obvertens rūtum, graviori voce magister  
Intempestivis hunc onerare probris:  
- « Ah! scelus, ah! puerile scelus! - sic ille - ride  
Hunc quo praecepit mens malesana ferat!  
Seilicet haec nobis datur instituenda iuuentus!  
Haecque datur robis stirps lacrimosa, patres,  
Perpetuus quibus heu! animo metus insidet imo,  
Ne mala progenies in sua damna ruat».  
Sermone exhausto, perituras traxit ab unda.  
Plures, quam credas, fabula nostra petit.  
Descriptis rōli blaterones, magniloquosque  
Doctores, criticos denique ripereos.  
Horum tergeminum genus, adspirantibus astris,  
Undique terrarum pululat atque viget.  
His unum studium, quae res sit cumque gerenda,  
Fundere verba, sonos edere rhetoricos.  
Ah! prius instanti me subtrahe, amice, perielo;  
Sospes cum fuero, disseruisse licet.  
(Ad proximum numerum).*

At si quid e  
ut viverent, q  
nunc agatur de  
quod illae ataq  
demigrarint, ut  
dioribusque re  
et alterius abi  
olim nota et ho  
mare sed flum  
graverint prim  
redierint; esto  
docuerint; qui

(I) Cfr. num. sup

regiis insignibus ornabantur et sepeliebantur, Albae-Regiae gymnasium Cisterciensium frequentavit; inde se Budapestinum iuris discendi causa contulit.

Opera Vergilii, Horatii, Ovidii et poetarum recentioris aetatis Shakspeare, Goethe et Schiller manu nocturna et diurna versabat, et viginti et tres annos natus carmen heroicum, quod «Fuga Zalani» inscribitur, decem libris undecim mensibus absolvit. Ab omnibus dilectus et a doctissimis viris honoribus cumulatus anno MDCCCLV est mortuus Budapestini, cum sibi monumentum aere perennius exegisset.

Ser. Keszthely.

VINCENTIUS LAKATOS.

#### VITA EUNCTI VIRI CLARIOBES

Ioannes von Bloch, qui Varsaviae Polonorum decessit, historiae sese commendavit ob studium ardens atque diuturnum, quo pacem inter omnes homines prosecutus est. Oeconomicarum rerum peritissimus plura edidit, eaque magni ponderis, inter quae celebratissimum librum *Bellum futurae aetatis* inscriptum, unde plana fiunt mala e bello mansura posteros, at simul ostenditur belli apparatu, quo Europae nationes nunc instructae sunt, effici non posse ut inter eas bellum in praesens exoriatur. Satis constat huiusmodi operis lectionem ad animum Nicolai III, Russorum Caesaris, ad pacem inflammandum ita valuisse, ut ipse auctor fieret Hagani ad rem conventus.

Franciscus Xaverius Kraus, christianae antiquitatis magister, natus est Treviranus. MDCCXL. Athenaei Argentoratensis docto<sup>r</sup>, inde Friburgum migravit, ubi ad extre<sup>m</sup>um usque vitae sua<sup>e</sup> mansit. Omnia ab eo scripta recensere longum est: antiquitatum christianarum indicem eius rationis, quam Graeci ἐγκατάλογον παριδεῖσαν vocant, unum commemorare satis ducimus. Cum autem magna varietate et copia fuisse<sup>t</sup> in studiis, litteras coluit, easque praeter fines patriae; inde factum est ut Aligherii *Comoediam* in Germanorum sermonem multa cum laude transtulerit.

**Philippus Marchetti**, regalis lycae ad musicien Romae rector, artis suae cognitionem subtiliorrem cum singulari modestia sociavit. Itaque doctrinam tradere quam exercere maluit: atqui opus illius *Ruy Blas* apud omnes gentes populari aura donatum, cui modos ille fecit, latam ad gloriam viam ipsi aperuerat!

**Donatus Maria Dall'Olio**, inter Patres Purpuratos cooptatus XI kal. Maias an. MCMI, Benventi obit, in dioecesi eius curae commissa iam ab anno MDCCCXCI. I. E.

I. F.

## ANIMALIA MIRABILITER DEMIGRANTIA. (1)

At si quid concedi posset hisce migrantibus ut viverent, quid concedere possumus cum nunc agatur de migrantibus ut pereant? Esto quod illae atavarum atavae volueres primum demigrarint, ut pascerent in uberioribus tepidioribusque regionibus; esto quod migrantes et ulterius abiturae, quoniam mare erat ubi olim nota et hospita tellus, arbitratae non esse mare sed flumen, sese alis crediderint et migraverint primum, dein opportuna tempestate redierint; esto quod vivae natos de migratione docuerint; quid, quaeso, est quod sint aliae

(1) Cfr. num. super.

migrationes, e quibus nemo reddit retrorsum, quia morte operiuntur eentes, atque idcirco neminem de ineunda migratione monere possunt? Ac tamen migrationes huiusmodi sunt, eaeque nec rarae, nec insolitae; quid si dixero nec incertas, nec ancipites, sed quasi plus minusve certo tempore et, cometarum quasi lege quadam, redeuntes?

Nomina facimus, resque adducimus satis cognitas, quippe in Norvegia accidunt, ubi modo triennio, modo quadriennio, fit agmen rodentium animalium, quae decumanos sorices ferme corporis mole aequant, et proprio locorum nomine vocantur *Lemmingh*. Hi a Scandinavis Alpibus in Atlanticum Oceanum pergunt recto itinere, atque, ubi stetere ad litora maris, ultra natatu aequora tentant. Visne seire multitudinem innumerabilem? Collettus auctor est, qui testatur se anno MDCCCLXVIII quindecim horas integras navigasse in Oceano turba Lemmingh horum undique circumfusus; atqui navis erat velox cursu, neque segnius procedebat in illum natantium populum, e quo nec unus quidem superfuit; nam aut fame, aut defatigatione, aut undarum aestu, aut omnibus hisce simul pereundum singulis fuit. Referamne quod Collettus adstruit dicens haec fieri, quia olim, ubi nunc est Oceanus, illic montes terrarum-

*phili*, coleopterorum genus repente adventarunt, tantoque impetu ferebantur, ut viatores a via prohiberent, et quasi grandinis nimbus in vitra fenestrarum, in facies, in portas irruerent sonanti crepitum, lucemque electridis in vias obruerent. Vieper in Iava insula, in Sumatra, quinimo et apud Celebem, papilionum agmina, qui *Catopsiliae Crocales* nominantur, vidisse refert, radentia ferme solum, et valuum sinus, colliumque ardua aequa semper ala sequentia. Cohors ex hisce, stricta, conferta, non tamen quinque latior metris, talis attamen ut ferme trabes perpetua videretur, apparuit mirabilis visu insigni foeminæ De Meuron Wolff in Helveticis: in pago ad Vaud super oppidum Grandson: lente abibat; duas tamen horas in abeundo a meridie in septentriones consumpsit. Quinimo Ficalbius doctor animadvertisit in mari latos huius tractus et spatia cadaveribus papilionum obiecta e specie illa, quae *Vanesia Cardi* appellatur. Atque iis, qui matutini surgunt, interdum contingit exercitus ex hisce respicere, quae a litore volant quasi transmarinas peterent regiones. Devota proculdubio morti aries in fluctibus.

Equis igitur, et undenam impetus, quo haec animalia adiguntur? Darwin ipse fatetur minime explicari posse deficientia cibi, necessitate quaerendi alio liberam regionem, et per sexenta similia, praesertim si horum indoles minime migratoria sit, sed domiseda; quinino quum neque soleant in societate vivere, nec quaerere societatem.

Est autem et alia migratio mirabilis, et haec locustarum, bruchorum. Num de locustis loquar in Libyphoenica apud Tunesim regione? Idem saepe vaporivehis obiex et impedimentum. Num climaces recensem? Etiam ex his conflantur exercitus, etiam ex hisce obtegitur via, etiam hisce iter in interitum.

Sed et scimus, in America praesertim formicarum esse migrationes, flagellum regionis ingens, quae multa chilometrorum millia obtengunt abeuntes, vastantes, siccantes omnia, resides, segnioresque incolas, quotquot sint, imperfecturae, voraturaem, donec aut mare inveniant, aut immensa illa fluenta, quibus, dum tranare tentant, rapiuntur, fluetibusque obruuntur. Howard auctor est in *Insect Life* miriades blattorum pertinaciter certo die ob sedisse domum, a qua habitatores expulerunt frustra repugnantes pluribus horis, et exterminium in venientia agmina scopis, everriculis, quibusvis poterant argumentis tentantes. Vincebat multitudo vim, ac foedis advenis prope relinquendum erat hospitium, nisi consilium homines adiuvasset. Hi enim igne, cinere ardenti, prunis obiicem, quasi aggerem, constituerunt. Quis acarum turpem *Glycephagum cursorem* ignorat, cui vita graveolens est in corruptis? Atqui ex hisce immundis agmen Banfleur oppidum ita occupavit, ut stromata, supellec tiles, cibos, armaria, parietes, vivosque homines repente prorsus obtexerint. Sulphureae aspergini, sulphureo pulveri, sulphureo fumo in tantum non cessere in quantum vitam ad ultimum amisere.

Possum addere plura; sed ne longior ac modestus sim, heic finis esto.

P. ALEXIS.

## SOCIORUM ANIMADVERSIONES

Hyacintho De Vecchi Pieralice Aemilius Crivelli s. d.

**N**am mihi irascare, magister optime, si latine vocem « Ferrovia » ex italica *Ferrovia* haud teretes meae aures minime patiantur. Cum enim penultima syllaba sit corripienda, pronunciandum est « Ferrōvīa » quod nemo sine risu, ut arbitror, excipere possit. Nonne latine loquentibus irridere videbimur?

Rogatus sententiam, malim adhibere « Viam ductu ferream, viam ferream, viam ferreis axibus munitam, instructam, ferreis limitibus contratam », quam infacetam illam tuam « ferroviam. »

Siquid habes obiectendum, quo aures meae revalescant, obiecte; at si absurdum quidquam propones, iterum insurgam, quamdiu et aures et mens omnino revaluerint. Paneratice vale, meque ama, ut te magnopere amo et, ceu frater, observo et colo.

Asisii.



## ANNALES

Americanae seditiones — Sinensis pax — In Arabia metus — Transvaalianae res.

**C**HILENOS inter et Argentinos rata tandem Pax, recedentibus his e locis iis, quae iurgii causa fuerant. At dum spondent ubique diarii firmam quietem ac diurnam inter utramque gentem inde ortam, novimus Chilensium nautarum selectam centuriam iter iam Panamensem versus fretum inisse in Europam inde profecturam, ut nostris in opificeis bellicae navis sua pecunia comparata tormentis commenataque instruatur.

Interea *Philadelphia* americana navis, maxima reipublicae mandato missa, properat ut legatos Columbianos Lacablas ducat, qui de commutandis captiis una cum perduellium principibus statuant. Castro dux cohortem Peza ad urbem habet, Horera imperator prope Las Sampos, Oreiz ad Aguadipe iter faciunt, ut suas copias cumulant: ad utrumque locum brevi pugnandum vulgo praenunciant. Aliunde Uribe dux in Santander fines incurrit, atque sunt qui dixerint Bogata ipsa in civitate, seditione commota, Castro praesidem in vinela fuisse coniectam.

Similes exardescunt Paraguay in republica bella civilia, omnisque iam australis America bellorum seditionumque flammis pessum datur: ad Uchire urbis moenia perduelles in aciem exierunt: Maracaibo per vias fervet, dum scribimus, pugna: fraternus sanguis funditur, latinum ibrumque nomen vesano furore vituperant!

★

Sed regnat saltem Sinensis per littora firma quies, quam nostris nuper firmavimus armis. Pechinum rediit, magna comitante caterva-aulica militari, magistratumque, et servorum, vetus regina, rediit et ipse Caesar atque « prophanas barbaro milite saeras aedes » triumphali ritu petierunt. Iamque concessa thronum intima ipsa in aula, eaque saera hactenus et mulie-

bri pede inviolata, legatos Europae Americaeque regina prima exceptit ac salutavit; unde facile coniici potest callidam feminam intermittere semper nostros inter legatos filiumque regnatum auctoritatem suam semperque intermissuram. Auxilio, tamen, nec exiguo privata est, nam imperator edicto Ku-fu-siang administer capite est damnatus.

★

Arabes acer satis urget in Anglos furor, qui adhuc ad Koweit littus quod ipsi tenent, incertas conspicunt res pendere suas. Nam Turcarum rex sua de iis locis iura non amittit, eiusque instructae copiae Safonam versus iter calcare videntur.

★

Sunt Transvaalianae, ut assolet, res longe maxime implicitae nodis atque nunciis incertae. Krugerum praesidem Amstelodamii degentem exceperisse novos sua e terra missos legatos his diebus tradunt, simulque eum invisisse, quanvis ignotos passim communique veste larvatos, Anglicos homines, qui de pace tandem aliquando signanda rem agitarent. Boeris tamen nullum foedus arridere posse iam scimus quam quo suae patriae plena libertas restituatur, solutumque omni dominio externo imperium. Hoe negant hostes, Kitchenerque dux detrectat, qui equitatum novum congerit ad persequendas quaquaversus cohortes, manipulosque subitanos Boerorum. Tradunt etiam, ea mente delectum novum in Anglia brevi esse habendum, consiliumque esse summi ducis, ut ante solemnum diem qua Eduardus rex coronam solemni pompa induet, bellum conficiat. Obstant tamen integri ubique Boerorum manipuli, et Dewet, et Botha duces, qui renovatis semper viribus undique anglica munimenta et agmina aggrediuntur, aut lacessunt.

POPULICOLA.



## PUBLICI PER ORBEM COETUS

LEGIBUS FERENDIS

**I**n Anglia inaugurata nova sessio est solemni pompa regalique oratione, qua maxima auguria de Transvaalianis rebus quam brevi solvendis praesertim manifestata sunt; ceterum hortatio Anglis facta ut rem suam publicam forti animo ac virili tuantur, adversaque fortunam firme sustineant.

In Gallia habita vehemens oratio primum de Armeniorum clatribus a Turcarum rege iteratis, deinde de Transvaaliana pace componenda: sunt ab oratoribus agitata vota, de quibus perquam accepta sibi ea cedere Deleassē administer protestatus est, at nil se posse absque belli metu cavere.

In Germania de triplici foedere a Bulow comite, qui externis rebus praest, apta oratio recitata, ut dubitantibus de foederis ipsius firmitate responderet: quieto animo Gallorum Italorumque amicitiam esse conspiciedam declaravit; imo laetandum novas ac latentes bellorum causas e medio tolli, pacemque universam melius fulciri.

In Iberia Almodovar del Rio comes, qui externis negotiis praest, cum coram municipibus de pactione cum Ecclesiastica auctoritate renovanda urgeretur, Pidal marchionem apud Apostolicam Sedem legatum suo se munere abdicasse nuncivavit,

In Nicaragua Zelaya Santos in reipublicae praesidem iterum est confirmatus.

SCRIBA.

## LIBRORUM RECENSIO

IOANNIS IOVIANI PONTANI, *Carmina*. A eura di Benedetto Soldati. — Florentiae edit. I. Barbéra, 1902.

Ioannis Ioviani carmina, collatis, quotquot super sunt, autographis, ac libris omnibus praeo datis, diligenter mirabiliter et sedula Minerva iterum reddenda typis curavit clariss. vir Benedictus Soldati, Florentiae, apud Barbéra. Huius ego industriam ac scientiam nunquam dignis aequabo laudibus, quia nec laboribus pepercere ullis, nec incommodis, ut opus promeret undique numeris absolutum; tum quia insuper non ex eorum grege sit, qui exterarum cupiditer rerum nostrarum incuriosi, flores nostros superbo conterant pede, spinas alienas urticantesque potius lecturi, et praedicaturi. At nobis, qui latinitatem colimus, et ubique restituendam curamus, deliciosum prae reliquis opus appetit, unde (cautione adhibita, quae decet, de ratione rectae honestaeque vitae, a Pontanio plerumque neglecta); nostris addatur stimulus ad aemulandos, aut saltē imitandos maiores, qui tanto latinae Musae fulgore claruerunt. Fuit enim aetas illa inter XIV, XV, ac XVI saeculum singulari quadam latini Apollinis perfusa benevolenta, ac placido rotata lumine, quae Sadoletos, quae *Sannazarios*, quae *Bembos*, quae *Vidas*, quae Pontanum hunc et generavit, et aluit, quorum societate et nomine Lucanus ac Statius, Vergilius et Flaccus fortasse gavisi essent, si, quo tempore summi illi vixerunt, recentiores et isti vixissent. Opportune autem haec vulgata credimus, ut, immortalitatis laude capti, videant nostri patere sibi vian, qua aeternos consequi possint honores, aeternum nomen, et famam sempiternam. Qui enim Ioannes Iovianus Pontanus Umbro genere ortus anno MCDXXVI, anno MDIII funetus vita est, hactenus vivit, et vivet, nec lauream, quam vivens coronam adeptus est, quatuor labentia saecula areficerunt, nec, si quatuor posthac delapsa fuerint, aresceret.

H. P.



## AENIGMATA

I (vulgo *Rebus*).

## D FORTUNA ANDA U S S

II.

Ingentem cum vidit equum (rex exstitit inde Maeoniae!) fas est *primum* dixisse *secundum* Credere: Thebana *totum* regnavit in aree, Candidus unde novo est Liber nomine dictus.

A. BARTOLI.

Ex sociis, qui utriusque aenigmatis interpretationem ad commentarii moderatorem miserint *intra duos menses, unus, sortitus, gratis* accipiet opus, cui titulus:

O. P. ALAIS.  
DIÁLOGOS FILOSÓFICOS

Aenigmata an. IV, n. XXIII proposita his respondent:

1) Argo-lis; 2) Ver-sus.

Ea rite soluta miserunt:

Th. Vignas Sch. Piar, *Roma*. — Lud. De Rubeis, *Iguvio*. — Princ. Gordon, *Mancunio*. — G. Langenberg, *Monasterio Guestph.* — Fr. Palata, *Prost'jov*. — Guil. Schenz, *Patisbona*. — Ad. Skrzypkowski, *Steinice*. — D. Le Provost, *Briocen*. — Herm. Gini, *Taurini aquis*. — Ioan. Tober, *Mariaschein*. — Eug. Sosio, *Bormio*. — Ad. Huza, *Gryborvia*. — L. Szymaitis, *Opitolokis*. — Car. Stegmuller, *Sabaria*. — Coll. Carmelitarum Feniculoses Duci. — Georg. Maurer, *Bonna*. — St. F. Gieliski, *Rypino*. — Aug. Mager, *Seccau*. — Petr. Garrone, *Pezzana ad Vercellas*. — V. Hartel, *Mendhusio*. — Eug. Burg, *Argentorato*. — P. G. Z., *Modoetia*. — Fr. Altobelli S. I., *Neapol*. — Fr. Sallarés Sch. Piar, *Sabadello*. — Ign. Aguilar, *Morelia*. — Ant. Lassota, *Mandeta*. — R. Pancaro, *Consentia*.

Sortitus est praemium

ANTONIUS LASSOTA,

ad quem missum est PETRI ANGELINI opus, cui titulus:

DE POETIS ET NUMERIS LATINIS

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMAE — Ex officina *Pacis* Phil. Cuggiani.

ECENSIO

Carmina. A cura di  
e edit. I. Barbéra, 1902.  
latas, quotquot super-  
ibus praelo datis, di-  
serva iterum reddenda  
pedictus Soldati, Flo-  
ego industram ac  
quabo laudibus, quia  
neec incommodis, ut  
absolutum; tum quia  
t, qui exterarum cu-  
i, flores nostros su-  
lienas urticaseque po-  
t nobis, qui latinita-  
endam euramus, deli-  
paret, unde (cautione  
rectae honestaeque  
glecta), nostris adda-  
nt saltem imitando  
ne fulgore claruerunt.  
XV, ac XVI saecu-  
lannis perfusa bene-  
fice, quae Sadoletos,  
qua Vidas, qua  
et aluit, quorum so-  
Statius, Vergilius et  
i, quo tempore summi  
vixissent. Opportune  
immortalitatis laude  
viam, qua aeternos  
nomen, et famam  
Iovianus Pontanus  
XXVI, anno MDIII  
et vivet, nec lauream,  
est, quatuor labentia  
tuor posthae delapsa

H. P.

TA  
is).

S S S

rex exstitit inde  
dixisse secundum  
navit in aree,  
r nomine dictus.

A. BARTOLI.

enigmatis inter-  
ii moderatorem  
unus, sortitus,  
titulus:

ICOS

sita his respondent:  
sus.

I. De Rubeis, *Iuvio*  
genberg, *Monasterio*  
Schenz, *Ratisbona*. —  
Provost, *Briocen*. —  
per, *Mariaschein*. —  
*Szovia*. — I. Szymaitis,  
— Coll. Carmelita-  
er, *Bonna*. — St. Fi-  
. — Petr. Garrone,  
*Mendhusio*. — Eug.  
ria. — Fr. Altobelli  
., *Sabadello*. — Ign.  
eta. — R. Panearo,

us, cui titulus:  
LATINIS

pi, iurisperitus.

I. Cuggiani.

# CONSTANTINI PISONI

## CANDELARUM AD SACRA OPIFICIUM EXCELLENS, PRAEMIIS INSIGNE


ab anno MDCCCHI constitutum

Romae in Italia, Corso Vittorio Emanuele 127-129 et Via de' Sediari 1, 2, 3.

Vaticana Basilica  
cam instruit, quoties  
de Beatificatione aut  
Canonizatione so-  
lemne sit.

Clientes frequen-  
tissimi sunt in Urbe,  
in Italia et apud ex-  
teras gentes.

Fama  
undique manavit.



Cereas faculas ad  
noctem confeicit, eas-  
que ad decem usque  
ac duodecim horas  
diurnas, Ecclesiis  
ac familiis necessa-  
rias, quod parsimoni-  
am cum salu-  
britate et munditie  
coniungant.

Vitreas  
faculis suppediat.

OPIFICII PISONI PROSPECTUS  
ROMAE, Via Orti Alibert 13-15 (Lungara).

Res per omnem orbem exportatur nullo iubentium impendio

### PER ORBEM

Iam si daretur somnia persequi, quae inquietam agitant mentem, *Blackley* navem extemplo condescendere vellem. Ea enim Columbia, ex anglica colonia, solvens iter velaque vento secundo permittens, in Cocos insulae aquas proram convertit, non inde fruges fructusve relatura, non commutatura plane industri manu perfectas supellectiles, vel utensilia laborum, sed recollectura facile, prompte parvoque tempore abditum fluctibus ingentem thesaurum.

Ecquem latet quanta sub mobilis undae facie abscondantur auri pondera et gemmarum? Illie itaque, praeterit iam saeculum, naves peragrabant ibericae, divitiis onustae tum auri, tum *margaritarum*, aut *adamantium*, quae Feros ex fodinis diurno sudore collecta, opima veluti spolia, ferebant in patriam. Non autem tempestas, aut procella, vel austera haec diripuerunt, sed barbari pyratae, qui, cognita navium via et pondere, paratisque insidiis, ad oppugnationem exierunt, ac brevi omnem abstulere lautissimam sibi praedam. Illis vero vicissim male comparata sunt spolia; nam cum paene littus tenerent insulae, in qua oppidum constituerant, abstulit invidus tumentium undarum furore pater Oceanus, suisque imis in abyssis vitor supremus condidit. Manavit inde rei memoria usque ad nostros dies, cum recuperandi thesauri studium expeditionem tandem opportunam instruxit.

Anglos tamen praecipuos hostes fata videntur selegisse sibi; quin etiam hos plectit mala quoque febris, quae pustulis pessimis in facie atque in corpore scatet, plectit et prosiliens ignitiae pulveris vis, quae in Cornuvaliensi opificio incensa est, opificesque tres pessima clade oppressit.

¶

Sed Boemi opifices fodinis excavandis adiuncti, *Jupiter* in fodina, quae Bruex prope urbem ostium habebat, latiorem prorsus cladem passi sunt. Dum lagoni dumque bidenti intendunt, extemplo e foveae pariete erumpit per foramen, atque in laborantes maxima vi pro-silit aquarum abdita vena, eaque adeo copiosa, ut quasi torrens paucis momentis foveam qua-versus inundaverit. Illi nesciunt quo fugiant; paulatimque crescente fluctu evadendi impotes merguntur et inter tenebras perirent.

¶

Contra iis qui Simplonem montem ad ferreum iter ducentum in Helvetiam fodunt, licet idem contigerit casus, deflectere tamen datum est aptum per tramitem venam: itaque nunc opus suum pergunt firmo pede firmaque manu, proximusque iam tum Italis tum Helvetiis ilucescit dies quo per hiantem cuniculum amicas manus conserere dabitur, atque mutua commercia feliciter communatae.

¶

At omnium naturae virium pessima ac potentissima quae electride paritur latam ruinam patravit.

*Terminus* statio media ipsa Londinensi in urbe vocatur, quam prope subterraneus et hic protenditur cuniculus, ubi fulguris virtute aguntur vehes civibus refertae semper in cur-

sum. Atqui dum praecipi fuga vehes illae discurrunt, fluxus electricus inopinata causa et ignota adhuc intermititur. Haeret abdita vis extemplo atque impetu suo ipso pressa in lignea tegumenta super se obducta flammas immittit voraces. Lignei axes multi iuxta foveae parietes superpositi erant, oleoque illimiti, quos cum corripue flammae statim absumpsere. Inde fumo et igne totus cuniculus repletur, vehes implentur omnes per densissimas tenebras. Terrentur viatores, nec qua fugiant horridam mortem iam vident: varias pertenant vias, sunt qui desperantes foramina ut arripiant conantur, quae aerem immittunt; sunt qui ad ostium ipsum foveae properant. Incassum tamen; nam flammae rapidissimae viam impediunt, fumus obeacat, spiritum adimit, suffocat. Cum tandem, advocatis vigilibus, cohiberi ignis potest, combusta inter ruinas emergunt cadavera septem: ceteri viatores flammaram signa et vulnera horrenda referunt omnes.

Heu felicia itinera! Quae cum consideraveritis, mihi succenseatis si unum potius in mense quam duo hoc anno suscepero vobis referendum?

VIATOR.


### LIBRI RECENS DONO ACCEPTI

Can. Dott. Prof. MARCO BELLi. Magia e pregiudizi nelle "Puniche" di Silio Italico. — Neapoli, ex off. Michaelis D'Auria, 1901.

Oredownik jednosc i oswiaty. Pisemko religijne miesieczne ilustrowane. — Ed. Rzym, 1901.

Libri quatuor de imitando Christum auctore THOMA A KEMPIS. Editio nova... cura et sumptibus FERDINANDI PHILIPS geometrae et technici. — Philadelphiae, 1901.

SOCIIS COMMENTARI "VOX URBI", PRAEMIA CONSTITUTA IN AN. MCMII




«Pallas Minerva». — ALEXANDRI PHILIPEPI (v. Botticelli) tabulam hanc «photocromice» expresserunt (metr. 0,30 × 0,40) FR. ALINARI, Florentiae, et Vox Urbis sociis dono largitur in an. MCMII. (Cfr. huius Commentarii operculum pag. 2).



«Madonnina» RUPERTI FERRUZZI tabula, quam «photocromice» expresserunt (metr. 0,30 × 0,40) FR. ALINARI, Florentiae, et Vox Urbis sociis dono largitur in an. MCMII. (Cfr. huius Commentarii operculum pag. 2).



«Maria Puerum Iesum adorans» — PHILIPPI LIPPI tabulam hanc «photocromice» expresserunt (metr. 0,30 × 0,40) FR. ALINARI, Florentiae, et Vox Urbis sociis dono largitur in an. MCMII. (Cfr. huius commentarii operculum pag. 2).



«Maria Virgo Infantulum suum adorans» ANTONII ALLEGRI (vulgo il Correggio) tabulam hanc «photocromice» expresserunt (metr. 0,30 × 0,40) FR. ALINARI, Florentiae, et Vox Urbis socii dono largitur in an. MCMII. (Cfr. huius commentarii operculum pag. 2).